

Ecclesiae S. Marci presbyter Andreas S. Paterniani, loco presbyteri Joh: Teutonici defuncti an. D<sup>ni</sup> millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indict. XV, die IX mensis Septembris, ut in dicto Commemoriali manu D. Johannis Tlumatio. Et sic successive de tempore in tempus sequutum est, quod Clariss. Dukes in suo arbitrio sunt, prout convenienter spectat jurisdictione approbandi & reprobandi dictos Custodes. Et non tantum de ipsis Custodibus, verum etiam de omnibus aliis subditis dictae Ecclesiae S. Marci ejusdem D. Duci Capella.

¶ Giovanni Plumazio fu eletto Cancellier grande l'anno 1405, 22 Luglio, di cui perciò ivi farassi il carattere.

961) Verum ne multum vagari videar a dicta consuetudine amplissimae jurisdictionis, ac liberæ immunitatis Ecclesie D. Marci, digne existimavi excessum audacissimum cuiusdam D. Panli Fuscaro tunc Episcopi Castellani intersetere, qui ducante D. Marco Cornario, an. D<sup>ni</sup> millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, impetravit literas Apostolicas, suppressa veritate, ab Urbano papa V adhuc residente Avenione una cum Pontificali Curia, ut Templum D. Marci quod Ill:<sup>m</sup> Ducum perpetua Capella existit, suæ jurisdictioni subesset. Quod certum est si conditiones dictæ Ecclesia expressisset, minime tali petitioni summus Pontifex annuisset. Iis ergo habitis literis, item inelyto Duci & Ill:<sup>m</sup> Dominio proposuit, datoque libello, inter cetera capitula per eum producta, hoc unum in honestissimum adduxit, quod quidem Capitulum notatum est in libro primo secretorum Ducatus ad cartas octo, & est quintum Capitulum suæ propositionis in hæc verba, videlicet: